

## CLASSIS SECUNDA.

**RELAXANTIA.**

**Q**uæ in fibris tensionem, irritabilitatem, dolorem tollunt, easque elongant, RELAXANTIA habentur.

INDICANTUR vero hæcce.

I. Ubi maior in parte inflammatæ irritabilitas, elasticitas nimia, aut vibratio, hinc ubi per repercutientia resolutio sperari non potest.

II. Ubi in parte nimia siccitas.

III. Ubi in eadem nimia rigiditas.

IV. Ubi nimia contractio.

Contraindicantur in contrariis.

Cum vero nonnulla relaxantium solum humectando, alia emolliendo, alia iterum temperando agant, etiam horum triplex statuenda classis est.

**I. HUMECTANTIA.**

Aqua moderate calida,

Aquæ Calidæ vapor.

Balneum.

Fomenta plantarum aquosarum moderate calida.

Similia saponacearum plantarum.

K 3

II. EMOL.

---

## II. EMOLLIENTIA.

---

### EX REGNO VEGETABILI.

Vide T. II. p. 3. seq.

### EX REGNO ANIMALI.

Adeps.

Axungiae omnes.

Butyrum.

Medullæ.

Olea pressa.

Et hæc quidem pinguia circumspetius adhibenda, ut & emplastra his facta, quod fervidam inflammationem illico denigrent, alios casus vero potentissime iuvent, quod illico relaxant.

### COMPOSITA OFFICINALIA.

Olea omnia mollia.

Unguentum de Althæa.

Populeum.

Emplastra.

Diachylum simplex.

De mucilaginibus.

III. Tem-

## III. TEMPERANTIA.

## EX REGNO VEGETABILI.

Farinæ	coctæ in
Cerealium.	Aceto
Secalis &c.	vel
Leguminum	Lacte,
Fabarum	decocto
Lupinorum &c.	emollienti.

Furfures.

Cerealium.  
Pulpæ. Cassiæ

Pomorum.

Mica panis.

## EX REGNO ANIMALI.

Lac.

Stercora animalium, Vaccinium &amp;c.

Postrema huius ordinis remedia quandoque emollientibus, quandoque anodynis magis combinanda, ut sævities symptomatum leniatur. Omnia tamen relaxantia, præprimis emollientia, vix diu parti imposita, ne inde suppuration certius cicatur, relinquenda; dolore, irritatione, tensione, remittentibus auferenda.

## IV. ANODYNA.

Antea recensita, p. 147.

